



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XVII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen das von Ritter Ludolf (Ludeko) von Ronstede resignirte Dorf Querstedt dem Kloster Neuendorf, am 2. Dezember 1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

five in advocatia five in precaria, molendinis, metis five dimensionibus seu proprietate in dicta villa nobis de cetero poterimus vendicare, sed hec villa et proprietates ejusdem ad dictas dominas perpetuo pertinebit. Vt igitur hec nostra donatio a nostris fratribus seu successoribus nostris quibilibet in posterum nullatenus valeat irritari, presentem cedula[m] conscribi iussimus et sigillorum nostrorum apicibus communiri. Testes hujus rei sunt Burgardus et Johannes de Irckeffleve, Theodericus de Osterburch, Conradus de Snetlinge, Ludolfus et Rudolfus de Ronstede, Johannes de Rossow, milites, Arnoldus de Rossow, famulus, et alii plurimi fide digni. Actum et datum in Tangermunde, anno domini M. CC. LXXXIII, VIII. Idus Februarii.

Orig. in M. Beide Siegel verloren. — Befm. 115.

XVII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen das von Ritter Ludolf (Lubeko) von Ronstede resignirte Dorf Querstede dem Kloster Neuendorf, am 2. Dezember 1287.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandeburgenses, Omnibus hanc litteram cernentibus noticiam subscriptorum in perpetuum. Decet excellentiam nostram sanctimonialibus in domini nostri terra degentibus opem gerere et earum inopie subvenire et succurrere auxiliis ac presidiiis oportunitis. Ea propter tam presentis quam futuri temporis ad noticiam universis Christi fidelibus deducimus per presentes, quod nos sanctimonialibus in Nien-dorp et cenobio earundem ville Quernstede proprietatem donavimus quam nobis dominus Ludoko de Ronstede multis presentibus resignavit, cum pratis, pascuis, paludibus et silivis, cum universis suis distinctionibus et cum omnibus suis attinentiis, ita ut dictum deinde cenobium ipsam villam cum omni juris integritate perpetuo quiete ac pacifice possideat, cum ipsius ville proprietate specialiter et cum omnibus suis attinentiis utpote predictus dominus Ludolfus a nobis ipsam villam possedit et habuit in hunc diem, abrenunciantes simpliciter omni juri, quod actenus in villa habuimus memorata, nec quippiam juris seu proprietatis nobis aut heredibus nostris vendicabimus in eadem. Ad hujus rei evidentiam sigillari iussimus presens scriptum. Testes hujus rei sunt dominus Conradus de Redere, dominus Hinricus de Wardenberge, dominus Buffo et Buffo de Irckeffleve dicti, dominus Johannes de Oldenwlet, dominus Pincerna, dominus Johannes de Nowen, milites, dominus Adam, prepositus de Stendal, et Johannes, prepositus de Gardelege, et alii plurimi fide digni. Acta sunt hec Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXVII. dataque per manum domini Alwardi, prepositi Reppinenfis, curie nostre notarii, in crastino dominice qua cantatur populus Syon.

Orig. in M. 2 beschädigte Siegel. Befm. 116.